

/ Robertus Card. Bellarminus amicis,et fratribus suis. S.D.

Dico vobis amicis meis nolite timere,nec desiderare Principatum,
quia Domini est Regnum, et cui voluerit,dabit illud, et in mente sua
jam dedit, nec poenitebit eum. Sed timete potius, ne per imprudenti-
⁵am,aut affectionem pravam in eligendo, Deum offendatis; ita dico vo-
bis, hoc timete. Desiderate autem, et petite, ut orantibus vobis,
Deus ostendat,quem elegit, et dirigat actus vestros in beneplacito
suo. Hoc,quod moneo, ipse feci in electione Praefecturae majoris,
et nunquam me poenituit,nec poenitebit. Valet.

- ¹⁰- Exat.in codice: Vita P.Mutii Vitelleschi. Orig. autogr. billet.
- Epist. famil. CXXVI. Admodum Reverendi Patres . . .
- Paris.Bibl.Mazar. Ms.2113 pièce 18.
- Lett.et Miscell. p.233.